

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Sacerdos t  
cum fontibus proximis et primis

Multi, dum plus uitam sacerdotum quam suam discutiunt,  
in erroris foueam dilabuntur.  
Minus considerantes quod non eos uita sacerdotum lederet,  
si ipsi humiliter bonis sacerdotum ammonicionibus aurem accommodarent.

Sed ypocritarum more  
magna trabe uulneratos habentes oculos,  
eamque negligentes festucam tenuem in aliorum oculis conspiciunt.

Gregorius in omelia.

Unde Gregorius:

«Multi, dum plus uitam sacerdotum quam suam discutiunt,  
in erroris foueam dilabuntur;  
minus considerantes quod non eos uita sacerdotum lederet,  
si humiliter bonis sacerdotum admonicionibus aurem accommodarent».

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV. libris distinctae*, 4.19.2.3  
(*Spicilegium Bonauenturianum*, editio tertia, p.368, ll.28-30).

- ← Item Gregorius Papa.  
Magna enim trabe uulneratos habentes oculos,  
eamque negligentes festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis,  
quam dum incaute festinant auellere, erroris in foueam dilabuntur,  
minus quidem considerantes, quod non eos sacerdotum uita lederet,  
si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonicionibus aurem accommodarent.
- Sed dum ypocritarum more plus illorum famam quam propriam uitam  
uel uitae negligentias diiudicant, spernunt sancta monita et spiritualia dona.

Gratianus, *Decretum*, 2.1.1.84 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed.,  
col.387).

Multi enim paruuli intra ecclesiam fideles  
appetunt bene uiuere,  
uolunt uitam rectitudinis tenere,  
considerant uitam sacerdotum,  
qui eis praepositi sunt:  
et, dum sacerdotes ipsi non bene uiuunt,  
dum hi qui praesunt non recte uiuunt,  
hi qui subsequuntur in errorem dilabuntur.

Gregorius Magnus, *Expositio in Canticum  
canticorum*, 43 (CCSL 144, P. Verbraken  
ed., p.41, ll.803-808).